Succinctis ergo fide ut obser Ic. II.
uantia bonorum actuum lumbis nostris et cal
ciatis in preparatione euangelii pacis pe
dibus per ducatum euangelii pergamus itinera eius
ut mereamur eum qui nos uocauit in regno
suo uidere; In cuius regni tabernaculo
si uolumus habitare. nisi illuc bonis actibus
currendo minime peruenitur. Sed interroge
mus dominum cum propheta dicentes ei; Domine quis habi
tabit in tabernaculo tuo. aut quis requiescet in mon
te sancto tuo? post hanc interrogationem fratres. audiamus
dominum respondentem. et ostendentem nobis uiam ipsi
us tabernaculi. et dicentem; Qui ingreditur sine macula
et operatur iustitiam; qui loquitur ueritatem in corde suo.
qui non egit dolum in lingua sua; Qui non fecit proximo suo malum.
qui obprobrium non accepit aduersus proximum suum; qui malignum
diabolum aliqua suadentem sibi. cum ipsa sua suasione a cons
pectibus cordis sui respuens deduxit ad nihilum. et paruulos
cogitatus eius tenuit. et allisit ad christum; Qui timentes dominum
de bona obseruantia sua non se reddunt elatos.

Nr. 8, fol. 39.

Stadtbibliothek BERN

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 1r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48932)